



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

Sancti Gregorii Ad Theophilvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

ANNO CHRISTI  
III. stolicum amplecti zelum aduersus talia innouantes. Iustum enim est, ea quæ impie scripta sunt, pie amputari, & nusquam inemendabiles permanere eos qui qualiacumque incaute per inscientiam & vanam gloriam scribere præsumperunt.

Porrecta autem sunt & ipsi sanctæ memorię Theophilo impia capitula ex codicibus Theodori.

SANCTI GREGORII AD THEOPHILVM.

**Q**vi Apollinarii dogmata defendunt, per querimoniam, quam aduersus nos faciunt, sua confirmare conantur, carnale Verbum, & Dominum sæculorum hominis filium, & mortalem Filii deitatem construentes. Proferunt enim quod aliqui quasi catholicæ ecclesiæ existentes, duos colunt filios in dogmate: vnum quidem secundum naturam, alterum autem secundum adoptionem postea acquisitam; nescio a quo talia audientes, & ad quam personam contendentes: nondum enim noui eum qui hæc subloquitur. Verumtamen quoniam hanc proponentes aduersus nos causam, per hoc quod videntur huic flagitioso negotio repugnare, suas opiniones corroborant, bonum est tuam in Christo perfectionem, secundum quod in mente tibi \* iniiciat sanctus Spiritus, exscindere occasiones eorum qui querunt aduersus nos occasions, & persuadere eis qui ista calumnialiter adscribunt Dei ecclesiæ, quod est dogma tale in Christianis nullum, neque prædicatur.

EX HIS QVÆ THEODORITVS DEFENDENS

Theodorum, contra Cyrillum scripsit, per quæ testimonium præbet idem Theodoritus, quod Theodori sunt istæ impietates, contra quas sanctæ memorię Cy- rillus scripsit.

**P**OSTEA interpretationem accusatořani psalmi, & inculcat hæc verba diuini Theodori: Consideremus igitur, quis est homo de quo stupescit & miratur quod Vnigenitus dignatus est eius memoriam & visitationem facere. Sed quod quidem non dictum est de omni homine, in superioribus demonstratum est: quod autem nec de uno quolibet, & hoc dictum est.

Concil. Tom. 12.

M